

Caja 4^a.

Num. 10.

D. Fernando Emperador de Austria.

Año 1622.

Carta al Rey de España don Felipe IV. pidiendo
enviara un socorro al Archiduque Leopoldo contra
Ernesto de Mansfeld.

El Emperador me ha embiado la carta que va con esta para V.M.,
en que pide que V.M. mande embiar un socorro de consideracion
al Archiduque Leopoldo para contra Ernesto de Mansfelt.
El dho Archiduque ha embiado el Duque de Feria buen socorro de
gente, y de Borgonia se le ha asistido contra que se ha podido?
Demas de lo qual ha hecho instancias para que se le embie de
aqui gente, he le respondido que no se le puede embiar nin-
guna. Ultimamente ha pedido dinero y se le ha respondido
que aqui no le ay, de que me ha parecido dar cuenta a V.M.
para que lo tenga entendido y ordene lo que fuere su R.
Voluntad, Nro senor guarde a V.M. con la salud y
aumentamiento de estado que yo deseo, de Bruselas
A 24 de febrero 1622



De la mano de v. mty
H. Gabil



Handwritten signature: *Don Rey m. Serrano*

Buenos a su M^{ta} 1622

Infante 24 de Abril
en un remate

Que el Em^{or} ha enviado a
en A. la carta que aqui viene p.
y para enviar a su M^{ta}.
cerca de lo que
se pide mande embiar

como de consideracion al Archiduque
sepeda contra el Conde Namifelt,
Respecto la S. Infante, que el
Duque de fernia ha embiado al Archiduque
buen correo de gente, y de Dagona se
se a arribado con la que se a podido,
aunque acordado que el Conde
se le embie gente y dinero, se le
a respondido que no es posible ha lido.

FERNANDVS Secundus Divina favente cle-
mentia Electus Romanorū Imperator semper Augustus, ac
Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, Sclavonia,
Rex, Archidux Austriae Dux Burgundiae Stiriae Carinthiae,
Carniole et Wirtemberge, Comes Tyrolis, Seren^{mo} Principi
D^{no} Philippo quarto Hispaniarū, Vtriusq^{ue} Siciliae, Hieru-
salem, Regi Catholico, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae,
Cousobrino et Nepoti nostro char^{mo} Salutem et mutua bene-
volentiae, omnisq^{ue} felicitatis continuum ac perpetuum incre-
mentum. Serenissime Princeps, Cousobrino et Nepos char^{me}
Quotidianis Nos literis et Cursoribus Seren^{mus} frater noster
Archidux Leopoldus impense sollicitat, ut periclitanti Alsatie,
cuius tantum ad res in Imperio ubiq^{ue} bene gerendas sit momentum,
à vi et infestis Mansfeldij armis, quam celerrime, et quantis-
cunq^{ue} fieri queat auxilijs succurramus, Grassatur enim ille
totā Prouinciā, eiusq^{ue} parte quidem inferiore in potestatem
reductā, nunc superiori magno exercitu stipatus imminet, et
per rapinas, incendia, depopulationes, inaudita passim desperata
crudelitatis et sauitiae facinora designat. Confirmant hoc
idem Electoris Moguntini, Bavariae Ducis, et aliorum Principū
frequentes querele, et ad Nos crebrius repetite missitationes,
quibus in oppressa Germania vindictam, opportuna et valida
que suis coniungant auxilia excediri efflagitant. Sane in

Hungaria, alijsq; vicinis nostris Prouincijs, pace nondum
satis solidatâ, vnusquisq; facile intelligit, quid sine à
Nobis magnopere prestari possit. Mittimus tamen inde
et equitatus, et pedestrium copiarum partem, etsi longè mino-
rem, quàm vt arcendo periculo sufficiat, Seren.^{man} Infantem
in Belgio et Marchionem Spinulam. Literis saepius repetitis,
alijsq; officijs quàm efficacissimè interpositis, vt suppetias
longè minore sumptuum, viarum, temporisq; dispendio in Alsa-
tiam submittant, antequam vasta rebellis Mansfeldij potentia
vrbibus et Prouincijs subactis in immensum excreseat, per
communis Domus nostrae salutem instantissimè requirimus.
Hactenus nondum constat quid inde Nobis sit expectandum,
interim magnos ille facit progressus, et morâ diuturniore ad
patriae perniciem abutitur, Ingens profectò oportunitas
est Alsatie, veteris Augustae Domus nostrae patrimonij, tum
propter vicinam Ser.^{ti} Viâ Burgundiam, quam laud dubie,
nisi tempestinè restinguitur, furialis illa flamma deparet,
tum quod instruenda et redintegranda militis Belgicae ex
Italia commodum hactenus passum et transitum praebuerit,
Eoq; magis obnixè Seren.^{lem} quoq; Vram, et nostri et sui ipsius
et vniuersae Domus nostrae causa interpellamus, vt in dies
imo in horas, crescentem necessitatem subitis, expeditis, et
potentissimis subsidijs vndecunq; submissis leuet, eumq; in

finem auctoritatem quoque suam in Belgio interponat, ne quid aliud
flamma huic inualescenti anteponat, sed eidem restringende
copias suas ac tutum expediant, et animis viribusque cum nostro et
Catholicorum exercitu coniunctis, quae per vim, dolos, et versutias
occupata fortiter recuperent, et hoste feliciter profligato totam
Proninciam et oppressam Sacri Romani Imperij libertatem pristino
splendori suo restituant. Quo sane Ser.^{ti} V.^{rae} provisio, uti nun-
quam magis necessaria fuerit, ita certo sibi persuadeat, felices
quos inde speramus successus, eiusdem Nomini nunquam gloriosiores,
et Augusta Domui nostrae magis salutare futuros; quae gratam
beneficij memoriam Ser.^{ti} V.^{rae} perpetuo conservabit, et Nos eidem
cum valetudine florente, bonorum omnium cumulum à prepo-
tente Deo exoptamus. Datum in Vico Neomarca Diocesis
Salisburgensis die vigesima quinta Ianuarij Anno Domini mill.
sexcent.^{imo} vigesimo secundo, Regnorum nostrorum Romani tertio,
Hungarici quarto, Bohemici vero quinto.
Eiusdem Seren.^{ti} V.^{rae}.

bonus Aunculus.



Ferdinandus

H. W. ...

Hermannus Questenberg

Seren. ^{mo} Principi D^{no} Philippo quarto, Hispaniarum
Archiepiscopo Siciliae, Hierusalem. & Regi Castellae, Aragoniae
Austriae, Duci Burgundiae, Corsobino et Nepoti nostro
Carissimo.

